

ego in domo Domini, aggressus eram, dum  
verba, dicta & typos, quibus JESUS  
CHRISTUS, filius DEI, in Pentateu-  
cho Mosis proponitur, exegeticè, elencticè,  
& practicè, pio studio expendere, in Domi-  
no constitueram. Quid enim piis pecto-  
ribus jucundius consideratu, & ad refocil-  
landam pabulo verbi cœlestis animam fru-  
ctuosius; quid ad propagandam Christia-  
nam doctrinam, quâ solâ animarum felici-  
tas æterna acquiritur, nec non antiquitatis  
doctrinæ nostræ Orthodoxæ *κατασκευῆν* uti-  
lius; quid demum Ecclesiasticæ, addo &  
Academicæ ædificationi accommodatius,  
quàm Veteris Testamenti Scripturarū, atque  
inter has Mosis cum primis, *Oceani illius*  
*Theologiæ*, (ut à Theodoreto vocatur) pene-  
tralia hac ratione intrare, atq; ἐρευνᾶν seu scru-  
tari, ut JESUS, deliciae illæ humani generis,  
& totius Scripturæ Sacrosanctæ nucleus dul-  
cissimus, in iis quæratu cupidissimè, & re-  
periatur felicissimè, quod obtingere omni-  
bus iis, quibus amor JESU & verbi ejus  
circum præcordia fervet, nullum est du-  
bium. *Valdè cognoscere a veo* (scribebat ad  
me D. D. Michael VValtherus, Ecclesiarum  
in Frisiâ Orientali Superintendens generalis,  
Theo-